

jus hæc mulier typum gessit: exolamur et memem de medio turbarum, dicamusque Salvatori: Beatus venter, qui te portavit, et ubera quæ susxisti. Tu. ♀. Sancta. 933.

## LECTIO 9.

Verè enim beata Parens, quæ sicut quidam ait: enixa est puerpera regem, qui cælum terrarumq; tenet per sæcula: cujus nomen æterno complectens omnia gyro, imperium sine fine tenet: quæ ventre beato gaudia matris habens cum virginitatis honore, nem primam similem visa est, nec habere sequentem. Tu. Te Matrem.

*Si quis Homilia dicitur in Semiduplicibus.*

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta crucem JESU Mater ejus, et soror Matris ejus Maria Cleopha, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

*Libr. 10. in Luc. c. 33.*

Stabant autem mulieres hæc videntes. Stabat et Mater cum studio pietatis, quæ sua pericula posthaberet. Sed et Dominus suspensus in cruce, qui sua pericula contemneret, pio Matrem commendabat affectu. Quod non otiose Joannes pluribus prosecutus est. Solus ergo me docet, quod alii non docuerunt, quemadmodum in cruce positus, appellaverit Matrem, pluris putans, quod victor suppliciorum, atque pœnarum, victor diaboli, pietatis officia dividebat, quam quod regnum cælestis donabat. Tu.

♀. Quid grandius. 933.

## LECTIO 8.

Nam si religiosus est, quod latroni venia donatur à Domino, multò religiosius, quod Mater honoratur à Filio. Nec præposterum judicè-

tur, quod prius latronis absoluti-  
onem, quam Matris appellationem  
scripsi. Qui enim venerat salvos facere  
peccatores, non absurdum,  
si in meis scriptis susceptum munus  
in redimendâ salute peccatoris  
implevit. Tu. ♀. Sancta. 933.

## LECTIO 9.

Deniquè ipse ait: quæ est Mater  
mea, et qui sunt fratres mei? Quia  
non venerat vocare justos sed pec-  
catores. Sed ibi pro loco, hic et in  
cruce non immemor Matris appel-  
lat eam dicens: Ecce Filius tuus.  
Et Joannis: Ecce Mater tua. Testa-  
tur de cruce Christus, et testa-  
mentum ejus sigat Joannes. Tu.  
Te Matrem.

## X.

## COMMUNE.

## DEDICATIONIS ECCLESARUM

## B. MARIE V.

*Tempore paschali, seu Vitæ gau-  
diosæ B. V. et tempore Vitæ glo-  
riosæ in Officiis Dedicationis ad-  
ditur una Alleluia, post singulas  
antiphonas, y. et ♀. quæ duplicatur  
in antiph. ad Magnif. ad Benedict.  
et in ♀. post Lectiones. In singu-  
lis nocturnis dicitur tantum una an-  
tiphona. ♀. brevia Completorii et  
altarum Horarum dicuntur etiam  
cum Alleluia.*

## IN I. VESP.

*Ant. 1. Ascendite \* montem,  
portate ligna, et edificate domum  
Virgini MARIE.*

*Psalmi de ferid.*

2. Quis poterit prævalere, ut  
edificet dignam MARIE domum?

3. Magna est \* Domina nostra,  
et magna virtus ejus, et potentia  
ejus non est finis.

4. Domus MARIE \* talis esse  
debet, ut in cunctis nationibus  
nominetur.

5. Cujus in cælo \* thronus est

excelsus, in domibus suis in terrâ  
cognoscetur.

*CAPITULUM. 1. Mach. 7. 37.*  
Blegisti domum istam ad invocan-  
dum nomen tuum in eâ, ut esset  
domus orationis et onsecrationis po-  
pulo tuo.

## HYMNUS 347.

Proles æternæ Genitrix beata  
Dum tuæ sacros pia plebs honores  
Ædis insinuat, Mater alma, nostris  
Anne volis.

Cujus in cælo thronus est pæren-  
nis,

Incolis parvam, alta Virgo, ædem:  
Hic reis clemens facilis relaxas

Gratâ culpam.

Hic tuo pascis populum fide/em

Pane, qui salus tuo ventre fuit:

Hic et profusi prætum cruoris

Ipsa propinas.

Hic salus agris animis paratur:

Cedit hic febris maia, cedit langor:

Hic et devoto tibi, Virgo, sedem

Præparas astris.

Sit decas summo sine fine Christo,

Sancta quem Virgo genuit MARIA,

Qui Patri compar, Spiritui Sancto,

Regnat in ævum.

♀. Domus mea.

♀. Domus orationis vocabitur.

*Ad Magnif. ant. Implebo \* do-  
mum istam gloriâ, et in loco isto  
dabo pacem.*

*Oratio de Laudb.*

*Completorium de feriali offic.*

*Doxologia de tempore.*

AD MATUTIN.

*Invitatorium.* Domus tua, Do-  
mina, \* In sanctificatione permaneat.

*Psalmi Invitator.* Venite, exul-  
temus.

## HYMNUS 348.

*Ex offic. B. V. de Tabulis.*

Templo quæ populi confluit unda?

Flexo prona genæ, supplice cultu,

Quas, Regina, preces, quas tibi

laudes

Sacratas venerans fundit ad aras?

Cerâ nixa fide vota precatur:

Tu Spes, tu generis gloria nostri,

Te cælo Dominam summa potestas,

Dat terris pietas summa benignam.

Albo celsa throno vota clementum

Prends judicio disculis æquo:

Veri dum propior spargeris haustu

Quæ sincera probas, falsa reusas.

O te si cupimus, Virgo, Pa-  
tronam,

Natus quæ docuit cuncta sequa-  
mur:

Sic laus nempè tibi nostra placebit,

Sic nostris venies dextera votis.

Tu Mater: moriens è cruce Natus

Orbe substituit nos tibi natos:

Tu prolem medians inter utramque,

Natis, Mater, amas flectere Natum.

Trino summa Deo laus sit et uni,

Per te laus veniat grata Parenti,

Per te Filius hanc audiat ultrò

Urat nosque sacro Spiritus igne.

Amen.

## IN I. NOCT.

*Ant. 1. Quàm dilecta \* taberna-  
cula tua, Domina virtutum! quàm  
amabilia tentoria requietionis tuæ.*

2. Ecce tabernaculum \* Regi-  
næ cæli cum hominibus, ut habi-  
tet nobiscum.

3. Solummodò \* ibi magna est  
Domina nostra.

♀. Beati, qui habitant in domo  
tuâ.

♀. In sæcula sæculorum lauda-  
bunt te.

Pater nost. *Absol. Exaudi. Be-  
nedict. Benedictione.*

*Sequentes Lectiones dicuntur in  
Duplic. majoribus.*

De libro secundo Paralipomenon.

LECTIO 1. c. 7. 1.

Cumque complexset Salomon fun-  
dens preces, ignis descendit de cæ-  
lo, et devoravit holocausta et victi-  
mas: et majestas Domini implevit  
domum. Nec poterant sacerdotes

ingredi templum Domini, eo quod impleta esset majestas Domini templum Domini. Sed et omnes filii Israel videbant descendentes in ignem, et gloriam Domini super domum: et converentes prout in terram super pavementum stratum lapide adoraverunt, et laudaverunt Dominum, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus. Tu.

g. Gloria Libani venit ad ordandum locum sanctificationis meae. \* Et locum pedum meorum glorificabo. y. In templo meo ponam nomen meum in sempiternum.—Et.

*Bened. Primoregia.*

## LECTIO 2.

Rex autem et omnis populus immolabant victimas coram Domino. Maclavit igitur Rex Salomon hostias, bovum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: et dedicavit domum Dei Rex et universus populus. Sacerdotes autem stabant in officiis suis et Levitae in organis carminum Domini, quae fecit David Rex ad laudandum Dominum, quoniam in aeternum misericordia ejus. Tu.

y. Dabo sanctificationem meam in medio eorum, et erit tabernaculum meum in eis: \* Quoniam delicta meae esse cum filiis hominum. y. Oculi mei erunt aperti, et aures meae erectae ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit.—Quoniam.

*Bened. Spiritus Sancti.*

## LECTIO 3.

Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini: obulerat enim ibi holocausta, et adipem pacificorum, quia altare aeneum, quod fecerat, non poterat suslinere holocausta, et sacrificia, et adipem. Fecit ergo Salomon solemnitatem in templo illo septem diebus, et omnis Israel cum eo,

Ecclesia magna valde ab introitu Emath usque ad torrentem Aegypti. Fecitque die octavo collectam, eo quod dedicasset altare septem diebus, et solemnitatem celebrasset diebus septem. Tu.

g. Sint oculi tui, Domina, aperti super domum hanc nocte ac die: \* Ut exaudias deprecationem populi tui. y. Ego exaudiam de caelo, et propitia ero vobis, et sanabo vos.—Ut.—Gloria.—Ut. *In Duplicib. 1. et 2. Class. Sint oculi tui.*

## IN II. NOCT.

*Ant. 1. Consecrasti, \* Domina, domum tuam: benedixisti habitationem tuam.*

2. Non est hic \* aliud nisi domus Matris Dei, et porta caeli.

3. Qui ingreditur \* sine macula, habitabit, Domina, in tabernaculo tuo.

y. Domum tuam decet sanctitudo.

y. In longitudinem dierum.

Pater noster. *Absol. Ipsius Bened. Dei Mater.*

Sermo Sancti Petri Damiani.

*Serm. 2. in Nativit. B. V.*

## LECTIO 4.

Si Salomon cum Israelitico populo in dedicatione Templi ex lapidibus facti tam copiosum et magnificentum sacrificium solemniter celebravit; quale, quantumque beatae MARIE Festivitas populo Christiano debet asferre, in ejus utero, velut reverentissima templum, Deus ipse descendens, et humanam naturam de ea suscipere, et cum honoribus dignatus est visibiliter habitare? Tu.

y. Magnum hereditatis mysterium: templum Dei factus est uterus nescientis virum: \* Non est pollutus ex ea carnem assumens. y. Domus pudici pectoris Templum repente fit Dei: intacta nesciens vi-

rum, verbo concepti filium.—Non.

*Bened. Filia Dei.*

## LECTIO 5.

Leet enim et in illud Salomonis templum Deus descendisse creditur, in hoc tamen rationabili sanctuario, hoc est, in beatissime Virginis utero multo mirabilius, multoque feliciter dignatus est manere pro nobis, in quo Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: De illo quippe antiquo, videlicet, templo, scriptum est: Factum est cum existent Sacerdotes de sanctuario, implevit nebula domum Domini: et non poterant sacerdotes stare propter nebulam: impleverat enim gloria Domini domum Domini. Tu.

y. Verè Dominus est in loco isto: quam terribilis est! \* Non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta caeli. y. Majestas Domini implevit totam domum.—Non est.

*Bened. Ignem divini.*

## LECTIO 6.

Illi denique templo Deus omnipotens gloriam quidem sui adventus contulit, sed nihil ex eo in sua natura suscepit. In Beatissima autem Virginis utero non solum dignatus est descendere, sed eo etiam perfectam sibi substantiam nostrae mortalitatis unire. quanto igitur nostri templi major est dignitas, tanto gloriosior ejus debet esse solemnitas. Tu.

y. In multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum. \* Et confitebor nomini tuo. y. Introibo domum tuam in holocaustis, et reddam tibi vota mea.—Et conf.—Glor.—Et. *In Dupl. 1. et 2. Class. In multitudine.*

## IN III. NOCT.

*Ant. 1. Domus tua \* semper in sanctificatione permaneat.*

2. Replebimur \* in bonis domus tuae: sanctum est templum tuum.

3. In templo tuo, \* Domina, omnes dicent gloriam.

y. Haec est domus Reginae caeli. y. In ea omnis qui petit, accipit. Pater nost. *Absol. A vinculis. Benedict. Evangelica.*

*Sequens Homil. dicitur in Duplic. majoribus.*

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quaedam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Hildephoasi Arch. Toletani.

## Serm. 5. in Assumpt.

Congruè satis, et convenienter videtur à Patribus fuisse sanctum, ut in memoria Dei Genitricis recitetur evangelica lectio, quae narrat illas duas mente et carnesores Domini JESUM excepisse hospitio. Cum enim illa venienti in mundum templum preparavit in virtute sacratum, ut perpetuae virginitali dedicaretur: huic istae, ut Evangelium loquitur, temporalis habitationis preparaverunt hospitium, et piae humanitatis, ac sincerissimae charitatis praebuerunt obsequium. Tu.

y. Benedic, Domina caeli et terrae, Domum islam: venientium in loco isto \* Exaudi preces in excelso solio gloriae tuae. y. Si conversus fuerit populus tuus, et oraverit ad sanctuarium tuum.—Exaudi.

*Bened. Cujus. de tempore.*

## LECTIO 8.

Horum enim via et actus ita fuerunt mirabiles, et fidelium recordatione celebres, ut duarum vita-

rum figuram eas recte tenere asserant divinarum litterarum catholici, et doctissimi viri. Martha igitur, quæ curam demens gerebat, et tanto labique Hospitii ea quæ necessaria erant, præparabat, activæ vitæ figuram, si diximus, præfererat. Per Mariam verò, quæ ad pedes Domini sedens instantissime, sermonis ejus audiebat colloquia, vitæ perspicuè præmonstratur contemplativa. Tu.

¶ Domus mea, domus orationis vocabitur: \* In eâ omnis, qui petit, accipit, et qui quærit invenit, et pulsanti aperietur. ¶ Domum tuam protege, Domina, et argeli celi custodiant eam.—In.—Glor.—In. *In Duplicib. 1. et 2. Class. Domus mea.*

*Bened. Per Virginem.*

## LECTIO 9.

**E**ja, fratres carissimi, videamus, si Domina nostra, imò Domini nostri et Dei Genitrix, et semper Virgo MARIA utramque vitam ad plenum exercuit, activam laudabilem, quam opere Marthæ excoluit: contemplativam optimam quam Maria audiendo et eligendo obtinuit. Sanè sicut dilectum Domini Joannem theologum, de humanis et corporalibus actibus Domini JESU pauca dixisse, et multa de naturâ divinitatis ejus, potentia et majestate dixisse, et scripsisse, teste sacratissimâ serie descriptionis ejus, cognoscimus; ita Domini Genitricem non adeò fuisse credimus intentam activæ conversationali, quoniam se totam contulit divinæ contemplationi. Tu. Te Matrem.

## AD LAUDES

*et per Horas antiphonæ.*

1. Regina celi \* in domo sanctâ suâ: sileat à facie ejus omnis terra.

2. Aperi, Domina, \* oculos tuos super domum istam, ut exaudias preces populi tui.

3. Confessio \* et magnificentia coram te: fortitudo et gaudium in loco isto.

4. Fundatur \* exultatione universæ terræ mons Sion, civitas Regis magni.

5. Exiit Jacob \* lapidem in titulum fundens oleum desuper.

**CAPITULUM. 1. Mach. 7. 37.**  
Elegisti domum istam ad invocandum nomen tuum in eâ, ut esset domus orationis et obsecrationis populo tuo.

**H. HYMNUS 349. S. Aur. Præd.**

Hoc in templo, Virgo sacra,  
Exorata adveni:

Et clementi bonitate

Prece vota suscipe:

Largam benedictionem

Hic infunde jugiter.

Hic promereant omnes

Pelita acquirere:

Et adepta possidere

Cum Sanctis perenniter:

Paradisum introire

Translati in requiem.

Gloria et honor Deo

Usquequaque Altis, imo:

Unâ Patri, Filioque,

Inclito Paraclito,

Cui laus est et potestas

Per æterna sæcula. Amen.

¶ Introibo in domum tuam.

¶ Reddam tibi vota mea.

*Ad Benedict. ant. Beata Virgo \* MARIA sola recepit Dominam in domum suam, in utero suo, intra viscera sua, et in virgineum thalamum Cordis sui.*

**Oremus.**

Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti Templi, in honorem beatæ MARIE Virginis dicati, reparas diem: concede propi-

tius, ut qui Dedicationis ejus solemniam celebramus, templum gratiæ tuæ in terris, et locus habitationis gloriæ tuæ fieri mereamur in caelis. Per Dominum.

## AD PRIMAM.

*Ant. Regina cæl. Capit. Elegisti de Laudibus.*

¶ *g. br.* Quæ domus Dei effecta fuisti.

## AD TERTIAM.

*Ant. Aperi Domina.*

**CAPITULUM. 2. Par. 7. 16.**  
Elegi et sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, et permaneant oculi mei, et cor meum ibi cunctis diebus.

¶ *g. br.* Ecce tabernaculum \* Regine cæli.—Ecce. ¶ Ut habitet nobiscum.—Reginæ.—Glor.—Ecce. ¶ Regina celi in domo sanctâ suâ.

¶ Sileat à facie ejus omnis terra.

## AD SEXTAM.

*Ant. Confessio.*

**CAPITULUM. Apoc. 21. 2.**  
Vidi sanctam civitatem Jerusalem novam, descendentem de celo à Deo, paratam sicut sponsam ornatum viro suo.

¶ *g. br.* Regina cæli \* In domo sanctâ suâ.—Regina. ¶ Sileat à facie ejus omnis terra.—In.—Gloria.—Regina.

¶ Implebo domum istam gloriâ. ¶ Et in loco isto dabo pacem.

## AD NONAM.

*Ant. Exiit Jacob.*

**CAPITULUM. Tob. 13. 14.**  
Nationes ex longinquo venient, et mœna deferentes adorabunt in te Dominum, et terram tuam in sanctificationem habebunt.

¶ *g. br.* Implebo \* Domum istam gloriâ.—Implebo. ¶ Et in loco isto dabo pacem.—Dom.—Glor.—Impl.

¶ Replebimur in bonis domus tuæ.

¶ Sanctum est templum tuum.

## IN II. VESP.

*Ant. 1. Domus mea \* erit in medio eorum, et tabernaculum meum in eis.*

2. Gloria Libani \* veniet ad oronandum locum sanctificationis meæ.

3. Venite ad me, \* et locum pedum meorum glorificabo.

4. Elegi \* locum istum mihi in domum orationis et obsecrationis.

5. Quicumque \* oraverit in templo isto, pax super illum et misericordia.

**CAPITULUM. 1. Mach. 7. 37.**  
Elegisti domum istam, ad invocandum nomen tuum in eâ, ut esset domus orationis, et obsecrationis populo tuo.

**HIMNUS 350. Ex Just. Lips.**  
Quisquis ô sacram properas ad ædem,

Dirigat gressus pietas fidesque:  
Reginæ Regum domus est, MARLE  
Altera sedes.

Cedit hic febris mala, cedit hydrodrops,

Claudus hic gressum recipit, sonorem

Surdus admittit, radios diei

Cæcus ab ortu.

Astupet quisque videt, et solutâ,

Voce mox laudans, precibus fatigat,

Ut sibi, carisque suis vicissim

Suppletieris.

Sit decus summo sine fine Christo,  
Sancta quem Virgo genuit MARIA,  
Qui Patri compar, Spiritui Sancto

Regnat in ævum. Amen.

¶ Vox exultationis et salutus.

¶ In tabernaculis justorum.

*Ad Magnif. ant. Vidit Jacob \* scalam: summus ejus caelos tangebat, et descendentes Angelos et*

ascendentes, et dixit: verò locus iste sanctus est.

*Oratio de Laudib.*

*Completo. de ferid.*

*Sequens Homil. dicitur in Duplicib.*  
LECTIO S. EVANG. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quaedam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia S. Anselmi Episcopi.

*Homil. in cap. 10. Lucae.*

Sunt qui castellum hoc Magdalum fuisse arbitrantur, à quo Maria Magdalena cognominatur. Quod si verum est, praedicta interpretationi famulatur. Magdalum enim turris dicitur, et humilitati comparatur. Hic verò non nominatur, sed tantum quoddam dicitur, quod indidiscussum praeterire non debemus. Quoddam, id est, singulare castellum fuit Virgo MARIA. Tu. §. Benedictus. 939.

LECTIO 8.

Quamvis enim et multae aliae murum virginitatis habeant, et turrim humilitatis, id est, virgines sint, et humiles: tamèn salvà virginitate matres esse non possunt, neque filios generare, quod ista sola fecit. Et ideo castellum hoc merito quoddam, id est, singulare dicitur, quia ista singulariter fuit et Mater et Virgo, quod nulla alia esse poterit, vel potuit. Verùm concedamus aliquam et Matrem esse, et Virginem, quamvis sit impossibile. Etiàm sic Virgo MARIA singularis erit, quia unicum Dei filium genuit, qui sicut est unicus unico Patri, ita est unicus unice Matri. Unde etiamsi Virgo pariat, nulla vel eundem, vel talem generabit filium. §. Domus. 940.

LECTIO 9.

Est ergo Beata Virgo castellum

quoddam, in quod intravit JESUS: porta autem per quam intravit, est fides. Quia enim credit, perfecta sunt à Domino ea, quae ab Angelo dicta sunt, sicut ait ad eam Elizabeth. Nec quia JESUS intravit in castellum hoc, violatum est. JESUS enim salvat, non violat: confecta solidat, non coeferingit solida. Secundum nomen ejus, ita et opus ejus. Tu. Te Matrem.

*Sequens Homil. dicitur in Duplicib.*

LECTIO S. EVANG. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam Castellum, et mulier quaedam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia Sancti Thomae Archiep.

Valentini.

*In conc. 1. de Assumpt.*

Latentem sub homine Deum quis cognosceret? Deus, inquam, in homine quis audeat suspicari? Sola ista prudentissima mulier beata Virgo MARIA, sola cognovit, sola recepit, sola adoravit, vestivit, pavit, et, ut Martha fidelissima, ministravit. Excepit illum in domum suam, intra viscera sua, et in virgineo thalamo peregrinantem, in terris Regem gloriae hospitavit, et velut altera Sunamitis Summo Prophetae, Prophetarum Domino mensam, candelabrum, lectulumque aperavit. Lectulum in utero, mensam in pectore, candelabrum in intellectu. In utero illius quievit, in pectore passus est, et ab intellectu illius creditus est. Tu. §. Benedic. 939.

LECTIO 8.

Hunc igitur caelestem peregrinum Beatissima haec mulier excepit, et stricta veste, indumentoque paupere, atque levissimo vestivit, ne videlicet vestis à mortali vita cursu praepediretur longitudine, ad quem currendum exultavit, ut Gi-

gas usque ad lignum crucis: veste paupere vestivit eum, sed mundat atque purissimam, de qua Salomon in Proverbiis: Sindonem fecit, et vendidit, et cingulum tradidit Cananaeo. Sindonem, id est, mundissimam texuit telam, nitidissimam, purissimamque sacrosanctam illam carnem, quam sapientissimus artifex Spiritus Sanctus ex virginis sanguinibus, velut ex staminibus illius, ut in tentorio sine virili opere intexit. Tu. §. Domus. 940.

LECTIO 9.

Illam telam, quasi propriam, et ex carne ejus intexam sapiens mulier vendidit Deo Patri, ut inde tala-

rem tunicam, et polymitam Filio suo faciat. Et quo pretio vendidit? O bone Deus, quo pretio vendidit telam istam? Quid pro illa tunica datum est ei? Quis nominare valebit? Quis audebit enarrare? Quis cogitare sufficet? Omnium gratiarum plenitudo, omnium virutum et honorum plena possessio, caelestiumque gemmarum, et margaritarum inestimabilis thesaurus datus est ei. Vestita est ab eo gloria et decore, caelorum, terrarumque regina constituta est, et in ministerium data est illi omnis creatura, quae sub Deo est. Tu.

Te Matrem.



<i>Pag.</i>			
65.	à die 1. Sept.		à die 8. Sept.
74.	nomeu		nomen
97.	suscepiti		suscepisti
	Sralvalorem		Salvalorem
	Oculi		Oculi
100.	adjeit		adjeit
104.	apostolus		apostolos
108.	nniens		uniens
	moultum		montium
	iteneris		itineris.
112.	aminata		animala
	obœcati		obœcati
124.	Gandentii		Gaudentii
130.	Aquinatis		Aquinatè
173.	Salla		Salla
176.	Tecit		Fecit
271.	VI.		XI.
258.		<i>addatur</i>	De libro Esther
279.	Dertusenibus.		Dertusensibus.
329.	turbis		turbas
398.	statutam		statuam
405.	Toletane		Toletanæ
411.	Propriè		Propè
425.	homibus		hominibus
437.	æto		læto
416.	laclabit		laclavit
464.	Apparit		Apparuit
503	y quæ.		quæ
508.	SOLEMTAI		SOLEMNITAS
	PARTUI		PARTUS
551.	Santissime		Santissimæ
556.	Raymundi		Raymundo
	rege		regi
557.	suscipitilis.		suscipitris
575.		<i>addatur</i>	De Isaiâ Prophetà.
602.	oscurâ		obscurâ
628.	difficile		difficile
654.	virtum		virtutum
655.	ididèm		ibidèm
672.	su.		sui
	obsecro		obsecro
870.	Pectem		Pecten

*Cætera quæ fuerint, faciliè corriges.*

## OFFICIUM PARVUM

### BEATÆ MARIE VIRGINIS IMMACULATÆ.

*Dicendum in Sabbatis per annum extra Quadragesimam et tempus paschale, quando fiat officium de Sabbato.*

Hoc officium à Magistro Sacri-Palatii Apostolici correctum, et ab Innocentio XI, anno 1678. approbatum fertur.

#### AD MATUTINUM ET LAUDES.

ÿ. Eia, mea labia: ß. Nunc annuntiate laudes et præconia Virginis beatæ.

ÿ. Domina, in adiutorium meum intende: ß. Me de manu hostium poterit defende.

ÿ. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto: ß. Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

#### HYMNUS.

Salve, mundi Domina,  
Cælorum Regina;  
Salve, Virgo virginum,  
Stella matutina.

Salve, plena gratiâ,  
Clara lux divina;  
Mundi in auxilium,  
Domina, festina.

Ab æterno Dominus  
Te præordinavit

Matrem unigeniti  
Verbi, quo creavit  
Terram, pontum, æthera;  
Te pulchram ornavit  
Sibi sponsam, in quâ  
Adam non peccavit. Amen.

ÿ. Elegit eam Dominus, et prælegit eam; ß. In tabernaculo suo habitare fecit eam.

ÿ. Domina, exaudi orationem meam; ß. et clamor meus ad te veniat.

#### Oremus.

Sancta MARIA, Regina cælorum, Mater Domini nostri JESU-Christi, et mundi Domina, quæ nullum derelinquis et nullum despicias, respice me, Domina, clementer oculo pietatis, et impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum, ut qui nunc tuam sanctam Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravium capiam, ipso, quem Virgo peperisti, donante Domino nostro JESU-Christo, qui cum Patre et sancto Spiritu vivit et regnat in unitate perfectâ Deus in sæcula sæculorum. Amen.

ÿ. Domina, adjuva orationem meam; ß. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Benedicamus Domino. ŷ. Deo gratias.

ŷ. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ŷ. Amen.

## AD PRIMAM.

ŷ. Domina, in adiutorium meum intende; ŷ. Me de manu hostium poterit defende.

Gloria Patri, et Filio, etc.

## HYMNUS.

Salve, Virgo sapiens,  
Domus Deo dicata,  
Columna septemplici,  
Mensaque exornata.

Ab omni contagio  
Mundi præservata,  
Ante sancta in utero  
Parentis, quam nata.

Tu mater viventium,  
Et porta es sanctorum,  
Nova stella Jacob,  
Domina angelorum.

Zabulo terribilis,  
Acies castrorum,  
Portus et refugium  
Sis christianorum. Amen.

ŷ. Ipse creavit illum in Spiritu Sancto. ŷ. Et effudit illum super omnia opera sua.

ŷ. Domina, exaudi, et reliqua ut ad *Matutinum*, p. 943.

## AD TERTIAM.

ŷ. Domina, in adiutorium meum intende; ŷ. Me de manu hostium poterit defende.

Gloria Patri, etc.

## HYMNUS.

Salve, arca fœderis,  
Tronus Salomonis,  
Arcus pulcher ætheris,  
Rubus visionis.

Virga frondens germinis,  
Vellus Gedeonis,  
Porta clausa Numinis  
Favusque Samsonis.

Decibat tam nobilem

Natum præcavere  
Ab originali  
Labe matris Evæ.

Animam quam elegerat  
Genitricem, verè  
Nulli prorsus sinens  
Culpæ subjacere. Amen.

ŷ. Ego in altissimis habito; ŷ. Et thronus meus in columna nubis.

ŷ. Domina, exaudi, et reliqua ut ad *Matutinum*.

## AD SEXTAM.

ŷ. Domina, in adiutorium meum intende; ŷ. Me de manu hostium poterit defende.

Gloria Patri, etc.

## HYMNUS.

Salve, Virgo puerpera,  
Templum Trinitatis,  
Angelorum gaudium,  
Cella puritatis.

Solamen mœrentium,  
Hortus voluptatis,  
Palma patientiæ,  
Cedrus castitatis.

Terra es benedicta  
Et sacerdotialis,  
Sancta et immunis  
Culpæ originalis.

Civitas Altissimi,  
Porta orientalis:  
In te est omnis gratia  
Virgo singularis. Amen.

ŷ. Sicut liliū inter spinas; ŷ. Sic amica mea inter filias Adee.

ŷ. Domina, exaudi, et reliqua ut ad *Matutinum*.

## AD NONAM.

ŷ. Domina, in adiutorium meum intende; ŷ. Me de manu hostium poterit defende.

Gloria Patri, etc.

## HYMNUS.

Salve, urbs refugii,  
Turrisque munita  
David propugnaculis,  
Armsique insignita.

Filius tuus; ŷ. Et avertat iram suam à nobis.

ŷ. Domina, in adiutorium meum intende; ŷ. Me de manu hostium poterit defende.

Gloria Patri, etc.

## HYMNUS.

Salve, Virgo florens,  
Mater illibata,  
Regina clementiæ,  
Stellis coronata.

Supra omnes angelos  
Pura, immaculata,  
Atque ad Regis dexteram  
Stans veste deauratâ.

Per te, Mater gratia,  
Dulcis spes reorum,  
Fulgens stella maris,  
Portus naufragorum.

Patens cœli janua;  
Salus infirmorum,  
Videamus Regem  
In aula Sanctorum. Amen.

ŷ. Oleum effusum, MARIA, nomen tuum; ŷ. Servi tui dilexerunt te nimis.

ŷ. Domina, exaudi, ut ad *Matutinum*.

## COMMENTATIONES.

Supplices offerimus  
Tibi, Virga pia,  
Has horas canonicas:  
Fac nos in viâ

Ducas cursu prospero,  
Et in agonâ  
Tu nobis assiste,  
O dulcis MARIA! Amen.

ŷ. Deo gratias.

Ant. Hæc est Virgo, in quâ nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.

ŷ. In Conceptione tuâ, Virgo, immaculata fuisti; ŷ. Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.

## Oremus.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio

In Conceptione  
Charitate ignita  
Draconis potestas  
Est à te contrita.

O mulier fortis  
Et invicta Judith!  
Pulchra Abigail Virgo,  
Verum fovens David:

Rachel curatorem  
Ægypti gestavisti;  
Salvatorem mundi  
MARIA portavit. Amen.

ŷ. Tota pulchra es, amica mea; ŷ. Et macula originalis nunquam fuit in te.

ŷ. Domina, et reliqua ad *Matutinum*, p. 945.

## AD VESPERAS.

ŷ. Domina, in adiutorium meum intende; ŷ. Me de manu hostium poterit defende.

Gloria Patri, etc.

## HYMNUS.

Salve, horologium,  
Quo retrograditur  
Sol in decem lineis:  
Verbum incarnatur.

Homo ut ab inferis  
Ad summa attollatur,  
Immensus ab Angelis  
Paulò minoratur.

Solis hujus radiis  
MARIA coruscet;  
Consurgens Aurora,  
In conspectu mœat.

Liliū inter spinas,  
Quæ serpentis conterat  
Caput: pulchra ut luna,  
Errantes collustrat. Amen.

ŷ. Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens; ŷ. Et quasi nebula texti omnem terram.

ŷ. Domina, et reliqua ut ad *Matutinum*.

## AD COMPLETORIUM.

ŷ. Convertat nos, Domina, tuis precibus placatus JESUS-Christus

tuo habitaculum preparasti; quæsumus, ut sicut ex morte ejusdem Filii tui prævisa, eam ab omni labe præservasti, ita nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas: Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia secula seculorum. *ñ. Amen.*

## OFFICIUM

## SEPTEM DOLORUM B. MARIE V.

*dicendum in feriis sextis Quadragesimæ. In albis feriis sextis per annum dicitur ad libitum. Si fiat de festo, omittitur.*

## AD MATUTINUM.

Ave. *ñ. Domine lab. ÿ. Deus in adj.*

## HYMNUS.

Septem tuos dolores,  
MARIA, dum considero,  
Tecum pati laboro,  
Tecum mori desidero.  
Annæ gemit senectus,  
Et Simeon affligitur,  
Doloris ense pectus  
Quandò tibi transfigitur.  
*ñ. Age, fac simili gladio feriar.*  
*ñ. Age, quis tuus est dolor, experiar.*

## Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus qui per os Prophetæ tui Simeonis Genitricis Filii tui Virginis MARIE gladium Passionis prænuñtasti: tribue nobis memoriam sui doloris commemorantibus, ipsâ intercedente, in omni dolore remedium. Per eundem.

## AD LAUDES.

*ñ. Deus in adj. etc.*

## HYMNUS.

Fugis, MARIA, proles  
Onusta caro pondere,

Et luminare solis

De nocte vis abscondere.

Ægyptus est asili

Locus tuis amoribus:

Juxta fluentis Nili

Liquescis in doloribus.

*ñ. Dolor his lacrymis meis elicitur.*

*ñ. Meus his lacrymis amor afficitur.*

## Oratio.

Domine JESU—Christe, qui excellentiâ virtutis tuæ universa disponis et gubernas, quippe omnium Dominus pro nobis parvulus in carne passibili, à facie maligni Herodis, sanctissimâ Matre tuâ te deferente, fugam sustinisti: præsta nobis hunc dolorem ejus venerantibus, à facie infestantis demonis tua virtute semper et ubique defendi. Qui vivis.

## AD PRIMAM.

*ñ. Deus in adj. etc.*

## HYMNUS.

In Patris esse rebus  
Cum nesciebas Filium,  
Visa es tribus diebus  
Pallere sicut liliam.  
Clamans per angiportus,  
Fili! replebas æthera:  
Dicitura plus abortus  
Dolor præmebat cætera.  
*ñ. Tibi condoleo, tibi compatior.*  
*ñ. Tibi collacrymo, nec adhuc sator.*

## Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui dolentes cum Beatâ Virgine MARIA Filium tuum requirimus, cum ipsâ per gratiam illum invenire mereamur. Qui tecum.

## AD TERTIAM.

*ñ. Deus in adj. etc.*

## HYMNUS.

En fert frabale lignum  
Flagrisque JESUS ictur,

O Mater! ecce signum,  
Cui porrò contradicitor.

Eheu cruce[m] ferenti

Corpus pluit cruoribus,

Et cor tibi parenti

Submergitur doloribus.

*ñ. Plue sanguineis lacrymis anima!*

*ñ. Age me dolor, ò dolor, exanima.*

## Oratio.

O bone JESU, pulchritudo Angelorum, qui etiã in carne assumptâ visus es speciosus formâ præ filiis hominum, ac tandem pro nostrâ salute ad mortem conspectus sine specie et sine decore, quæsumus per tuum in eam amorem, ut nobis dolores illius commemorantibus, suorum gaudiorum tribus participationem. Qui vivis.

## AD SEXTAM.

*ñ. Deus in adj.*

## HYMNUS.

Calvaria est amoris,  
Et est doloris vinea:  
Sunt præla vinitoris  
Clavi et corona spinea.  
Dum crucifixus JESUS  
Cruicisque caleat torculum:  
Amor dolore læsus,  
Premit MARIE corculum.  
*ñ. Mibi crux, amor, et dolor hinc oritur.*  
*ñ. Crucifixus amor meus emoritur.*

## Oratio.

Interveniat pro nobis, quæsumus, Domine JESU—Christe, nunc et in horâ mortis nostræ apud tuam clementiam Beata Virgo MARIA Mater tua, cujus Sacratissimam animam in horâ tuæ Passionis, doloris gladius pertransivit. Qui vivis et regnas.

## AD NONAM.

*ñ. Deus in adj.*

## HYMNUS.

MARIA, quandò petra

Sensu doloris scinditur,

Diesque nocte tetrâ

Luget, tibi confunditur.

Deposta membra ligno,

Sed membra cassa lumine

Foves sinu benigno

Lavas doloris flamine.

*ñ. Abit has etiã super exuvias.*

*ñ. Dolor ac animus meus in pluvias.*

## Oratio.

Adjuvet nos, quæsumus, ipse omnipotens Deus per gloriosam intercessionem suâ Matris, ut cum eo semper vivamus, qui pro nobis dignatus est mortem suscipere.

Qui cum Deo Patre vivit.

## AD VESPERAS.

*ñ. Deus in adj.*

## HYMNUS.

Cum Filio sepulchro  
Lapis sepulchro advolvitur:  
Tibi MARIA multò  
Dolore, vita solvitur.  
Sedens ad antra tumbæ  
Mæsto susurro murmuris,  
Instar gemis columbæ  
Et plangis instar torturæ.  
*ñ. Ita congeritur dolor in cumulum.*  
*ñ. Facis è lacrymis tibimet tumulum.*

## Oratio.

Deus in cujus passione, secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam doloris gladius pertransivit, concede propitius, ut qui dolores ejus venerando recolimus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis et regnas.

## AD COMPLETOR.

*ñ. Deus in adj.*

## HYMNUS.

O Mater! ut dolorum  
Per hanc amaritudinem,

Cœlestium bonorum  
Gustem suavitudinem;  
Tecum pati labores,  
Tecum mori desidero;  
Septem tuos dolores  
Dum plango, dum considero.  
†. Sithonor Triadi, Triadicimus.  
‡. Siti ei dolor hic sacer, ac animus.

## Oratio.

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui devotè Filii tui Passionem, et ejus Genitricis sanctissimæ Compassionem recolimus, crucis mortificationem jugiter in nostro corpore pro tui nominis honore portemus. Per eundem Dom.

*Dauid post completorium dicuntur sequentes*

## LITANIE

SEPTEM DOLORUM B. M. V.

Kirie eleyson.  
Christie eleyson.  
Kirie eleyson.  
Christe audi nos.  
Christe exaudi nos.  
Pater de Cœlis Deus,  
Fili Redemptor mundi Deus,  
Spiritus Sancte Deus,  
Sancta Trinitas unus Deus,  
Sancta MARIA,  
Sancta Dei Genitrix,  
Sancta Virgo virginum,  
Mater crucifixa,  
Mater dolorosa,  
Mater lacrimosa,  
Mater suspirans,  
Mater afflicta,  
Mater derelicta,  
Mater desolata,  
Mater moestissima,  
Mater angustiis circumdata,  
Mater ærumnis confecta,  
Mater gladio transverberata,  
Mater corde cruci affixa,  
Mater Filio orbata,  
Turtur gemebunda,

*misere  
nobis*

*oro  
pro  
nobis*

Mater dolorum,  
Fons lacrymarum,  
Mater amaritudinum,  
Arvum tribulationum,  
Cumulus passionum,  
Speculum patientiæ,  
Rupes constantiæ,  
Anchora confidentiæ,  
Antidotus angustiarum,  
Gaudium afflictorum,  
Ara desolatorum,  
Refugium derelictorum,  
Clipeus oppressorum,  
Debellatrix incredulorum,  
Solutium miserorum,  
Pharmacum infirmorum,  
Medicina languentium,  
Fortitudo debilium,  
Patrona pugnantium,  
Portus naufragantium,  
Sedatio procellarum,  
Socia dolentium,  
Recursus gementium,  
Terror insidiarum,  
Thesaurus fidelium,  
Oculus Prophetarum,  
Baculus Apostolorum,  
Corona Martyrum,  
Lumen Confessorum,  
Margarita Virginum,  
Consolatio viduarum,  
Lætitia Sanctorum omnium,  
Regina servorum tuorum,  
Sancta MARIA sola sine exemplo,  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos, Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.  
‡. Ora pro nobis, Virgo Dolorosissima.  
‡. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

## Oremus.

Deus, in cujus Passione secundum Simeonis Prophetiam, dulcis-

*oro  
pro  
nobis*

simam animam Gloriosæ Virginis et Matris MARIE doloris gladius pertransivit: concede propitius, ut qui dolores ejus venerando recolimus, Passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

*Indulgentia plenaria recitantibus quilibet feriat hæc Litania cum Credo, Salve Regina, et ter Ave à Pio VII. concessa.*

## CORONA

BEATÆ MARIE V.

## GAUDIA RECOLENS.

*Quæ modo infra notata dicitur. Sed tempore paschali post ‡. et ant. additur Alleluia.*

*Gaud. 1.* Pater et Ave.—Gaude Virgo, Mater Christi,—Quæ per aurem concepisti,—Gabriele nuntio.  
‡. Angelus Domini nuntiavit MARIE.

‡. Et concepit de Spiritu Sancto.

Oremus.

Oratio.

Gratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus; per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem.

*Gaud. 2.* Pater et Ave.—Gaude quia Deo plena,—Peperisti sine penâ—Cum pudoris lilio. ‡. Verbum caro factum est. ‡. Et habitavit in nobis.

Oremus.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui universum mundum per Partum beatæ MARIE Virginis lætificasti: concede propitius, ut Unigenitum tuum, quem de Virgine credimus natum, fideliter imitantes, bonis operibus abundare valeamus. Qui tecum.

*Gaud. 3.* Pat. et Ave.—Gaude,

quia Magi dona,—Tuo nato fuerunt bona,—Quem tenes in gremio.  
‡. Omnes de Saba venient.  
‡. Aurum et thus deferentes.

Oremus.

Oratio.

Deus, qui Unigenitum tuum per Genitricem ejus Sanctissimam Virginem MARIAM Sanctissimam, stellâ duce revelasti; concede propitius, ut quos in eum credere concedis, in cognitione et amore ipsius quotidianè crescere facias. Per eundem.

*Gaud. 4.* Pat. Ave.—Gaude, quia tui Nati,—Quem doleres mortem pati,—Fulget resurrectio.  
‡. Surrexit Dominus de sepulchro.  
‡. Qui pro nobis pependit in ligno.

Oremus.

Oratio.

Deus, qui per resurrectionem Filii tui afflictum animum ejus Genitricis Sanctissimæ erexisti: concede propitius, ut corda nostra ita repleantur celesti lætitiâ, ut jam in hoc sæculo futuræ capiamus gaudia vitæ. Per eundem.

*Gaud. 5.* Pater Ave.—Gaude Christo ascendente,—Qui in cœlos, te vidente,—Motu fertur proprio. ‡. Ascendit Deus in jubilatione. ‡. Et Dominus in voce tubæ.

Oremus.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui de ascensione Filii tui Unigeniti, cum beatâ MARIA semper Virgine, Matre ejus, congaudemus in terris, æternis gaudiis, ipsâ intercedente, perfruamur in cœlis. Per eundem.

*Gaud. 6.* Pat. Ave.—Gaude Virgo, quia emisit—Paracletum quem promisisti—Sanctorum collegio. ‡. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. ‡. Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.

Oremus.

Oratio.

Spiritum Sanctum, qui de cœlo



descendens supra beatam Virginem MARIAM, et supra Sanctos Apostolos requievit, in cordibus nostris infunde; ut te perfecte diligere, et dignè laudare mereamur. Per Dominum... in unitatè ejusdem.

Gaud. 7. Pal. Ave.—Gaudè, quia post ipsum scandis.—Et est honor tibi grandis—In cœli palatio.  
 ♀. Exaltata est Sancta Dei Genitrix. ♀. Super choros Angelorum ad cœlestia regna.

Oremus. *Oratio.*

Imploramus clementiam tuam, Domine Deus noster, ut qui Assumptionis Dei Genitricis memoriam colimus, à cunctis malis imminentibus ejus intercessione liberemur. Per eundem...

### Litanie B. M. V.

*dicendæ flexis genibus in triduo Rogationum post Laudes.*

Kirie eleyson. Christe eleyson.  
 Kirie eleyson. Christe audinos.

Christe exaudinos.

Pater de cœlis Deus,

Fili Redemptor mundi Deus,

Spiritus Sanctè Deus,

Sancta Trinitas unus Deus,

Sancta Maria,

Sancta Dei Genitrix,

Sancta Virgo virginum,

Mater Christi,

Mater divinæ gratiæ,

Mater purissima,

Mater castissima,

Mater inviolata,

Mater intemerata,

Mater immaculata,

Mater amabilis,

Mater admirabilis,

Mater Creatoris,

Mater Salvatoris,

Virgo prudentissima,

Virgo veneranda,

Virgo prædicanda,

Virgo potens,

Virgo clemens,

Virgo fidelis,

Speculum justitiæ,

Sedes sapientiæ,

Causa nostræ lætitiæ,

Vas spirituale,

Vas honorabile,

Vas insigne devotionis,

Rosa mystica,

Turris davidica,

Turris eburnea,

Domus aurea,

Foderis arca,

Janua celi,

Stella matulina,

Salus infirmorum,

Refugium peccatorum,

Consolatrix afflictorum,

Auxilium christianorum,

Regina Angelorum,

Regina Patriarcharum,

Regina Prophetarum,

Regina Apostolorum,

Regina Martyrum,

Regina Confessorum,

Regina Virginum,

Regina Sanctorum omnium,

Regina sine labe concepta,

Regina sacratissimi Rosarii,

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

♀. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

♀. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Gratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum.

oro pro nobis.

oro pro nobis.

miserere nobis.

## ADDENDA

DIE XVII. MAJI IN FESTO B. V. BARB. DE PODIO.

Pag. 719.

IN I. VESPER.

HYMNUS. *Joan. Codera.*

Regis æterni Genitrix MARIA  
 Alma, quæ nostram visitare gentem  
 Nocte dignasti, populi precantis  
 Accipe votum.

Ejus adventum celebret perenni  
 Laude Barbastri civilis beatæ,  
 Cui datum lumen nitidum videre  
 Cœlitus ortum.

Virgo Pastori, referens vetustas,  
 Podii Clivo apparuit decora;  
 Hic amat sisti, cumulare nostram  
 Munere terram.

Collis umbrosus rutilare cœpit,  
 Lucidâ Stellâ maris apparente,  
 Quæque Pastori sibi eum spondidit  
 Ire sacratum.

Burtinæ cives montis ovantes  
 Nuntii mentes adhibent et aures  
 Et Matrem tantam viridi insidentem  
 Arbore cernunt.

Corde gaudentes, genibus voluti  
 Virgini sacre pietate tantâ  
 Gratias fundunt, ibi construentes  
 Nobile templum.

Indè per totam resonare plagam  
 Inchoant laudes, etenim salutis  
 Spes redit nobis, recipit benigna  
 Ipsa adeuntes.

Sit decus summo sine fine &c.  
*Quando hoc fest. non habeat primas Vesp. hic hymnus dicitur cum Hymno ad Matulinum sub unâ Doxologia.*

AD MATUTIN.

Invitat. Virgo MARIA apparuit  
 nobis Christum ejus Filium adoremus  
 Dominum, alleluia, allel.

HYMNUS. *J. Codera.*

Cum Deus talem populo Patronam

Quem Vero flumen placidè lique-  
 scens

Alluit, clemens dederit, quis illam  
 Non venerabit?

Ad sacrum cuncti properate, vota  
 Corde facturi, sitiente terrâ  
 Ad sacrum ruris vigiles coloni  
 Currite leti.

Ad sacrum miles volet inter arma,  
 Ad sacrum cœlo tonitru sonante,  
 Ad sacrum morbo populante terram  
 Convoleat omnis.

Ejus experti lotiès favorem  
 Quidquid occurrans adeamus illam,  
 Omnium curam gerit, ut salutem  
 Obineamus.

Virgo, quæ vultu ac animo be-  
 nigno  
 Audis orantem, gratiam fideli  
 Et reo clemens veniam precare  
 Janua celi.

Sit decus summo sine fine Chris-  
 to,  
 Sancta quem Virgo genuit MARIA,  
 Qui Patri compar Spiritui Sancto  
 Regnat in ævum. Amen.

AD LAUDES.

HYMNUS. *J. Codera.*

Sacrum montem appellamus  
 Pleni confidentiâ  
 Almæ Virgini MARLE  
 Offerentes munera;

Indè tot procedunt dona  
 Nullus extet immemor.  
 Uberes exinde gratias  
 Collaturam spondidit  
 Suam open imploranti  
 Firmâ fide habitâ:  
 Ipsam ita se gessisse  
 Narrat tola antiquitas.

De longinquo conspiciuntur  
Ædes ubi residet,  
Quas velustas memoranda  
Tantæ Matri condidit  
In amoris monumentum  
Et in pignus fidei.

Super tecla magnæ domûs  
Eminet fastigium  
Summi templi juxta turrim,  
Undè datur animo  
Campus in omnes prospectus  
Pulcher, gratus, eminus.

Fulgens thronus elevatur  
Strato super niveo,  
Ubi sedet Virgo sacra  
Veste induta candida,  
Auro et gemmis pretiosis  
Ut aurora rutilans.

Hinc et inde pendent vestes  
Auri et redimicula  
Excubantes clarâ luce  
Lampades pulcherrimæ  
A fidelibus tributæ  
Gratiâ gratitudinis.

Cultus Virginis præclaræ  
Sacerdotum curæ fuit  
Sempèr, domus necessari  
Sumptus, bonis exeunt  
Quibus Patres ditavere  
Matrem tam beneficam.

*Doxol. ut infr. in 2. Vesper.*

*Si hoc fest. non habeat secundum  
Vesper. hic Hymnus dicitur sub undè  
Doxol. cum hymno sequenti.*

IN II. VESPER.

HYMNUS. *J. Codera.*  
Tantus amor, tanta fides  
Barbastrensis populi  
Erga Virginem recentèr

Tentationem sustulit  
Sacrum ejus Patrimonium  
Dum sub hastâ subit.  
Quæ Barbastri sospetatrix  
Cœlitus descenderat  
Civium zelum suscitavit  
In tam ferax prædium  
Quod continuo fuit addictum  
Illis licitantibus.

Sic in dies erga sacrum  
Crescit in fidelibus  
Fervor, fides, veneratio  
Undequaquè et populi  
Arduo montis cursu petunt  
Adorare supplices.

Quibus Pontifex permotus  
Pius nonus Maximus  
Festum suæ Apparitionis  
Missâ cum officio  
Ad augendum cultum ejus  
Decoravit propriis.

Et MARIA Virgo clemens  
Deprecans audiens,  
Expediit benigna preces  
In conspectu Filii,  
Cunctis ad eam currentes  
Liberans periculis.

Tuque Mater dulcis, pia,  
Gratias ob uberrimas  
In favorem tuæ gentis,  
Honor, laus et claritas  
Jubilatio et decus tibi  
Sit per omnia sæcula.

Per te Pater honoretur,  
Virgo amabilissima:  
Per te Filius adoretur,  
Virgo clementissima:  
Per te Spiritus laudetur,  
Virgo prudentissima. Amen.

APPENDICES

AD BREVIARIUM MARIANUM.

I.

OFFICIUM CONCEPTIONIS BEATÆ MARIE VIRGINIS.

Statutum die Martis decimâ quintâ Kalendas Majii intitulata anno  
Domini 1330.

*Ex Codice Ecclesie Gerundensis.*

*España Sagrada. Tom. 44. pag. 322.*

Ad Vesper.

*Ant. Conceptio gloriosæ. de temp. Psalm. Beate Mariæ. y.*

*Capitulum.*

Dominus possedit me ab initio vitarum suarum, antequàm quidquam  
faceret à principio, et ab æterno ordinata sum, et ex antiquis antequàm  
terra fieret, nondùm erant abyssus et ego jam concepta eram. y. Filius  
Dei patris fundans eam in suâ conceptione gratiam Virgini contulit  
singularem. Et ipsam ab originali maculâ præservavit. y. MARIAM  
sui Genitricem sublimiori sanctificationis genere redemit. y. Et ipsam.  
Gloria. *Hym. Ave Maris Stella. y. Conceptio est hodiè. n. Cujus.*

*Ad Magnificat.*

Tota pulchra es amica meâ et macula non est in te. Sicut lilium  
inter spinas sic amica mea inter filias. Viderunt eam filie Sion et re-  
gine laudaverunt eam. Alleluia. Et triumphatur.

*Oratio.*

Deus qui Beate MARIE Virginis Conceptionem angelico prænun-  
tiatione Parentibus prædixisti, præsta familiæ tuæ presentibus ipsius præ-  
sidiis ubiquè muniri cujus sacre Conceptionis solemnitate lætatur et  
debitâ laude veneratur. *Postea fit comm. de S. Andrea.... Postea de  
Sancto Dalmatio. Postea de adventu.*

## Ad Complet.

*Lect.* Quandò appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens et delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, et delicia mear esse cum filiis hominum. *Ant.* Corde et animo. *Capit. ꝑ. et Orat. ut in Vesperis.* Ad Nunc dimittis. *Ant.* Cum iuconditate.

## Ad Matut.

*Invitat.* Verbum Patris Matrem præservans à labe peccati, \* Venite adoremus. *Psalm.* Venite. *Hymn.* Quem terra.

*In primo noct.* *Ant.* Benedicta tu in mulieribus, per quam Evæ maledictio est soluta et benedictio omnibus condonata. *Psalm.* Domine Dominus noster. *Ant.* Sicut myrrha electa et aromatizans balsamum MARIA Virgo semper suavem diffudit odorem. *Ps.* Cæli enarrant. *Ant.* Ante thorum hujus Virginis de suâ semper innocentia dulcisona resonemus cantica. *Psalm.* Domini est terra. ꝑ. Specie tuâ.

*Lect. I.* Principium quoque salus mundo processit, mihi considerare volenti occurrit hodierna solemnitas, quæ de Conceptione beatissimæ Matris Dei MARIE nullis in locis recollitur. ꝑ. Elucidantibus divinæ gratiæ mysteria mercedem gloriosam reprovittens Patris Sapientia attestatur: \* Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. ꝑ. De Beatissimâ Virgine Sacrosancta legit Ecclesia. ꝑ. Qui elucidant me

*Lect. II.* Nec magni ponderis est omne quod dignitati aut honori humanâ laude defertur, si meritis illius insignibus comparatur. Tantorum namque honorum consummatio quæ per ipsam Domini Matrem toti creaturæ pervenerunt. ꝑ. Filius Dei Patris &c.

*Lect. III.* Videtur omnem humanam admonere mentem pietatis affectu exordium suum considerare quàm sublime, quàm divinum, quàm ineffabile fuerit. ꝑ. Immunem semper fuisse MARIAM ab omni originali et actuali culpâ, sanctamque et immaculatam \* Definivit Ecclesia Catholica in unum legitime congregata. ꝑ. Nunquam Virginem subjacuisse peccato est consonum fidei, sacræ scripturæ et rationi. ꝑ. Definivit. Gloria.

## In II. Noct.

*Ant.* Specie tuâ quam concipivit Dominus, intende MARIA opere nunquam infecta peccati. *Psal.* Eructavit. *Ant.* Adjuvavit Matrem Deus in Conceptionis diluulo cum gratiâ præveniente, culpâ semper caruit. *Psal.* Deus noster. *Ant.* Sicut lætantem Virgo Beatissima sunt fidelium animi qui tuam sanctam celebrant Conceptionem. *Psalm.* Fundamenta. ꝑ. Adjuvavit.

*Lect. IV.* Nec mirum: fundamentum siquidem et verum sacrarium civitatis et habitaculi summi boni in eâ ponebatur. ꝑ. De mundissimâ Matre mundissimus natus est Filius in celo Patrem habens immortalæ, æternæ, in terrâ Matrem omni corruptione carentem. \* In celo qualis est Pater talis Filius, in terrâ qualis est Mater talis est secundum carnem Filius. ꝑ. Filius in celo cum Patre est immensus, et in terrâ cum Matre est immaculatus. ꝑ. In celo qualis.

*Lect. V.* Et mansio lucis æternæ et corporalis, quæ corporalitèr

inhabitaret ille incorporeus et incircumscrip-tus et ærcans simul et vivificans omnia Spiritus operatur. ꝑ. Ab omni peccato originali Dei Matrem fuisse constat immunem, per quam maledictio Evæ Matris est soluta, et omnibus à Domino condonata. ꝑ. Nullis, quando natus, est delictis subjacuit, nec originale peccatum in utero sanctificata. ꝑ. Per quam.

*Lect. VI.* Beata igitur Virgo jam verè Mater Dei futura, sicut eum qui super omnia est incomprehensibilis, verum erat hominem et ineffabili modo de suâ substantiâ Virgo paritura, ac per hoc in dignitatem illius transitura, ita non absurdè credi potest primordia Conceptionis ejus tantæ dignitatis sublimitate persignata ut humanarum Conceptio mentium eâ planè penetrare non valeret. Et idè ejusdem Conceptionis dies festivis laudibus à cunctis fidelibus meritò celebratur. ꝑ. Sacrarium Spiritus Sancti Virgo Beatissima in suæ Conceptionis exordio non est destituta gratiâ, \* Et à servitute omnis peccati fuit liberrima. ꝑ. Ita fieri oportebat Matrem quæ Filium Dei erat paritura. ꝑ. Et à servitute. Gloria &c.

## In III. Noct.

*Ant.* Gaude MARIA Virgo quæ contrita caput diaboli, illi per culpam nunquam subjecta fuisti. *Psalm.* Cantate. *Ant.* Speciosa facta est Regina celorum, cujus dignitas puritatem superat Angelorum. *Psalm.* Dominus regnavit. *Ant.* Post partum Virgo Inviolata et semper immaculata fuisti, Virgo Sanctissima. *Psalm.* Cantate. ꝑ. Elegit.

*Lect. VII.* Initium Sancti Evangelii secundum Matthæum. Liber generationis JESU—Christi. Homelia. Quod si quis eam primi originis peccato non omnimodè expertem fuisse pronuntiat, cum illam ex legali conjugio maris et femine verissime conceptam constet. ꝑ. Auctor mortis diaboli ab exordio genus vitiavit humanum, sed aurum fulgens reperitur in luto, \* Et ex pungente spinâ pulchrè rubens oritur rosa. ꝑ. Ex radice vitiatâ sine vitio prodiit in virgâ Jesse MARIA. ꝑ. Et ex pungente.

*Lect. VIII.* Ita non absurdè credi potest primordia Conceptionis ejus tantæ dignitatis solemnitate præsignata. ꝑ. Ad summum puritatis MARIA pervenit nullâ contagione inquinata peccati: \* Sed fuit ab originali et actuali immunis. ꝑ. Purissima namque fuit, quæ neque originale incurrit peccatum, mortale vel veniale. ꝑ. Sed fuit.

*Lect. IX.* Ego à Catholica et universalis Ecclesiæ veritate nullâ ratione volo descedere: magnificentiam tamen operationum virtutis divinæ laudo: de ipsâ quippe multis sæculis ante ortum ejus Isaiam Spiritu Sancto afflatus dixisse constat: Egredietur virga de radice Jesse, et requiescet super eam Spiritus Domini. Hæc itaque virga quæ talem ex se proluit florem, nullo dissentiente, MARIA Virgo fuit, et flos qui de radice ejus ascendit, Dominus fuit super et in quem omnis plenitudo divinitatis essentialitèr quæque. ꝑ. Nullo virtutum genere MARIA vacavit, cui plenitudinem gratiæ nuntius Domini asseruit interesse. \* In malevolam animam non intrat Sapientia, nec habitat in corpore subdito peccatis. ꝑ. Anima Virginis et caro quam

habitaçulum fecit sibi Sapientia Dei Patris ab omni malitiâ et immunditiâ purissima fuit. *ÿ.* In malevolam. Gloria. *Et iteratur*

*Verbata.*

Anna parens fecundatur: Joachim pater lætatur: et Angelus destinatur: MARIA proles vocatur: ab æterno est prænuntiata: Mater Dei ordinata: semper stans Immaculata, Virgo remanens intacta: cujus flos inter spinas non gustavit Dei minas, Virgo regia ruinas tolle dando medicinas confectas à Filio. Quo frui promissimus perpetuò, qui fuit non in utero subito peccatis. Te Deum laudamus.

*Ad Laudes.*

*Ant.* Conceptio Virginis MARIE digna est omni laude, quam fundavit Altissimus redimens sublimiori sanctificationis genere. *Psalm.* Dominus.—Conceptio est hodiè Sanctæ MARIE Virginis &c. *Psalm.* Jubilate.—Regali ex progenie MARIE orta refulget, primò sanctis patribus cælitus repromissa. *Psalm.* Deus Deus meus.—Corde et animo Christo canamus gloriam, laudantes in Conceptione Virginis magnalia divinæ gratiæ. *Psalm.* Benedicite. Cum jucunditate Conceptionem Beatæ MARIE solemniter celebremus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum JESUM—Christum.—*Cetera ex communi.*

*Ad Benedictus.*

Quæ est ipsa quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis sicut Castrorum acies ordinata. Surrexerunt filii ejus et beatissimam prædicaverunt.

*Ad Vesperas.*

*Prosa.* Tota pulchra est Virgo sacra, nunquam labe aliqua est maculata.

Plena gratiâ fuit concepta, à patre mundissima est generata. Gratia immittitur in illo instanti, quo anima inducitur à præservante. Sic ei conceditur à celebrante. Ecclesiæ spirante Spiritus Sancti. Angelis est purior Sancta MARIA. Creaturis purior atque in patriâ. Deo est propinquior, omnibus pia. Cunctisque sublimior altâ in curiâ. Detur ista die populi devotio. Detque ipsa piè gloriam pro præmio. Quæ Christum portavit pollens privilegio. Qui concipi nunquam valuit in corpore peccatis subdito. Gloria sit Deo. Amen.

*Ad Magnificat.*

Quam decora et immaculata et suavis es, ô pulcherrima mulierum, hortus conclusus et fons signatus, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vix enim tua dulcis alloquens fidelibus: qui elucidant me, vitam æternam habebunt, alleluia. *Et triumphatur.*

II.

OFFICIUM CONCEPTIONIS

B. MARIE V.

*Ex Breviario secundum consuetudinem et regulam Sedis et Episcopatus Nerdensis ad preces venerabilis Viri Domini Arnaldi Porta Presbyteri præfate Sedis Beneficiati scriptum per Petrum Guizardi anno Domini MCCCCL.*

IN VESPERIS.

*Ant.* Gaude fidelis concio: adest namque Conceptio matris Anna.

*Aut dicatur ista ant.* Anna concepit sterilis: fuit fructus ejus fertilis omni mundo.

*Psalmi* Laudate et duplicentur omnes antiphonæ eo quòd fit festum totum duplex: et si in Dominicò venerit, non transferatur ad sequentem feriam.

CAPITULUM.

Dominus possedit me....jam concepta eram.

*ÿ.* Insignis est progenies.

HYMNUS.

O Sancta Mundi Domina,  
Regina cœli inclyla!  
O siella maris MARIA  
Virgo Mater Deifica!  
Emerge dulcis filia,  
Nitesce jam virguncula  
Florem datura nobilem  
Christum Deum et hominem.  
Conceptionis annua  
Recolimus solemnia  
Quòd stirpe electissima

Mundo fulcesti genita.  
Per te sumus terrigena:  
..... à caligene  
Precare proli nobili  
More inæstimabili.  
MARIA Mater gratiæ  
Mater misericordiæ  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis horâ suscipe.  
Gloria tibi Domine etc.

*ÿ.* Conceptio tua Dei Genitrix Virgo MARIA.

*Ad Magnific. ant.* O Regina Reginarum, supernorum civium Imperatrix, lumen clarum, per istud seculum preces pro illis funde, quos stringit mortiferum vitium.

*Oratio.*

Deus ineffabilis misericordiæ qui primæ piacula mulieris per Virginem

MARIAM expiandā sanxisti, da nobis, quæsumus, Conceptionis ejus dignè solennia venerari, quæ Unigenitum tuum Virgo concepit et Virgo peperit, Dominum nostrum.

*Nota, quòd si festum istud in Dominicò venerit, plene fiat de festo, et de Dominicò commemoratio in Vesperis et Matutino. Et si in Sabbato venerit omnes y. de ipso festo erunt et, de Dominicò fiet tantum commemoratio, et postea sancti Andree, et Adentis similiter fiet commemoratio.*

*Ad Completorium Benedic terra, quære in Laudibus.*

*Ad Nunc dimittis. ant. Dum omnis Spiritus. Quære ibi.*

#### AD MATUTINUM.

*Invitator. Stellam MARIAM maris, \* Venite adoremus.*

*Hymnus. Quem terrâ, pontus....*

#### IN I. NOCT.

*Ant. Principium nostri luctus Eva fuit, Annæ fructus hujus finis. Psalmi Beate Virg. Ant. Eva demens obedivit hosti, ejus caput trivit stirps insignis.*

*Ant. A prophetis præsagnata Annæ proles, per quam datur cunctis salus gratia.*

*y. Benedicta tu.*

Sermo Beati Anselmi Archiepiscopi.

#### LECTIO 1.

Sicut enim in Sancta Ecclesiâ natiuitas Beata MARIE celebratur, sic debet excoli ejus Conceptio. Nisi conciperetur, nunquam nasceretur. *ñ. Fulget dies hodierna, \* Per quam mundo lux æterna cepit illucescere. y. O quam sancta Conceptio, ò quam beata cognitio. Per quam.*

#### LECTIO 2.

Sicut enim ad salvandum genus humanum olim fuerit necessaria ejus Natiuitas, sic fuit necessaria ejus Conceptio. Nisi enim illa conciperetur, ex eâ mundi Redemptor non nasceretur.

*ñ. Insignis ejus progenies in honore cujus dies præsens est memorie sempiternæ. y. Hæc nobis impetret gaudia civilis supernæ.*

#### LECTIO 3.

Jussu Domini concipitur et nascitur. Imò si divine à nobis prospicitur spiritualis Conceptionis ejus dies, major foret approbationis quam Natiuitatis.

*ñ. Virgineum decus ave, jugum cujus tam suave, \* Conserva nos mortis à vâ. y. Quæ providentiâ Dei mundo concepta fuisti. Conserva.*

#### IN II. NOCT.

*Ant. Hæc est lapis nostræ spei, ad conceptum nutu Dei quæ processit hodiè.*

*Ant. Laudes demus huic germi, quæ nostri fuit Domini vas decorum.*

*Ant. Anna Mater gratulare; noseis enim te portare florem florem.*

*y. Post partum Virgo.*

#### LECTIO 4.

Res enim major extitit Adam à Deo creari, quam filios Adæ de matre nasci. Non enim est mirum, si homo à Deo creatus, nascitur de matre.

*ñ. Veneranda cunctis festivitas, \* In quâ fuit Annæ sterilitas tam fecunda. y. Ista dies fons salutis initiumque virtutis. In quâ.*

#### LECTIO 5.

Namque duæ sunt conceptiones hominis: omnibus notum est peritis. Una quæ carnalis copula viri ac mulieris agitur: alia quæ anima nova et pura, Deo cooperante, corpori divinitus adunatur.

*ñ. Anna, gaude, conceptisti prolem, per quam succurristi humano tristi generi. y. Tua ferunt viscera hanc quæ sacra camera fuit Christi quem promisit.*

#### LECTIO 6.

Si non placet illis celebrare divina Matris Conceptionem carnalem, placeat saltem animæ ejus spiritualem corporis creationem, cum animâ copulationem.

*ñ. Benedictus Salvator qui promiserat venturum filium, quod implevit. y. Dum subit germine proles Annæ. y. Visitavit nos Dominus et fecit redemptionem plebis suæ. Dum.*

#### IN III. NOCT.

*Ant. Hodie tremunt inferni: mundum ditat Rex æternus conceptu tam fructifero.*

*Ant. Quam pulchra Dei series promittitur: progenies sacra de quâ nasciturus.*

*Ant. Novum cantate canticum, nam conceptum mirificum solemnizat Ecclesia.*

*y. Elegit eam.*

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

Liber generationis JESU-Christi filii David, filii Abraham. Et reliqua.

#### Homilia

In Isaiâ legimus: Generationem ejus quis enarrabit? Non ergò putemus Evangelistam Prophetam esse contrarium, ut quod ille impossibile dixit effatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione divinitatis, hic de incarnatione Domini est dictum.

*ñ. Solem justitiæ Christum regem paritura stirps sacra concipitur hodiè, quæ mors est peritura. y. Conceptum colere sacrum gaudete fideles.*

#### LECTIO 8.

Conceptionem dominicæ Matris colere Christi generationem est commemorare. Nam conceptioni Christi hæc die sicut in natiuitate Domini annas matutinales laudes bono more decantamus et ad missam legimus. Merito ergò et Filii generatio et Matris conceptio: quoniam conceptio et natiuitas Matris generatio est filii.

*ñ. Ex Judæâ processisti, Mater Dei gloriosa, \* Sicut pulchra rosa de spinis immaculosa. y. Lux in mundi fulgens caligine descendisti: regali semine. Sicut.*

#### LECTIO 9.

Celebremus igitur hodiè dignis officiis alacriter utramque ejus conceptionem, spiritualem, videlicet et humanam, ut ipsius meritis et precibus à sæcularibus curis et à cunctis malis mereamur eripi, deprecante Domino nostro JESU-Christo filio ejus, qui cum Patre et Spiritu Sancto et Matre suâ Virgine MARIA vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

*ñ. Ecce novum MARIE gaudium: inter spinas beatâ lihūm Dei splendet hinc providentiâ: \* Hinc futura Mater, tu Filia, natum Virgo peperisti.*

ŷ. Adoranda tua Conceptio per quam totus orbis in gaudio pullulavit.  
Hinc. ŷ. Conceptio tua, Dei Genitrix.

## IN LAUDIBUS.

*Ant. 1.* Dies prece dulcis ortus, magnus qui fuit portus salutis, est  
*hodie.*

2. Consecrantur populi, quia ad salutem sæculi terra dedit fructum  
suum.

3. Hæc est, quæ nescivit thorum viri; parturivit enim regem gloriæ.

4. Benedic terra Domini: creatur in te Virginum flos salus in perpetuum.

5. Dominum omnis spiritus laudet, qui misit cælitus rorem terræ desiccatae.

*Capit. et ŷ. ut in Vesper. Hymnus.* O gloriosa Domina.

*Ad Bened. ant.* Patriarchis o promissa, à Prophetis vox emissa hic  
adstantes tua laudi, Virgo pia, nos exaudi.

*Oratio ut supra, et postea fiat Commemoratio de Adventu.*

*Ad PRIMAM. ant.* Abrahæ hæc semini fuit promissa: genuit regem  
palme.

*Ad TERTIAM. ant.* Anna concepit sterilis: fuit fructus ejus fertilis  
omni mundo. *Cap. sicut in Vesp. n.* Ecce novum, ŷ. Benedicla tu.

*Ad SEXTAM. ant.* Fructum dulcem rex saporat, et in cælis hunc decorat,  
et in profundo. *Capitulum.* Num ergo filii audite me... abjicere eam.

n. Mater Dei. ŷ. Egredietur virga.

*Ad NONAM. ant.* O quam sanctam ventris onus Anna Matris Virginis!  
Quam suavis et quam bonum fructus talis seminis, remediis nostræ mortis  
initium! *Capitulum.* Beatus homo qui audit me... à Domino. n. Glorioso  
dicta sunt. ŷ. Elegit eam.

*Ad VESPERAS. ŷ. Et ant. de Laudibus. Psalm Beate Mariæ. Capit.*  
*Hymn. et ŷ. ut in supra.*

*Ad Magnif. ant.* O totius Trinitatis, insignæ sacrarium, excellentis casti-  
tatis virgo, pacis ostium, in melius pauperatis nostræ muta vitium. *Fiat*  
*commem. adventus et S. Leocadiæ.*

## III.

## OFFICIUM

## CINGULI B. MARIE VIRGINIS,

*quod olim ante Concilium Tridentinum in Ecclesiâ Dertusensi celebrabatur secundâ Dominicâ Octobris, editum per Rev. Franciscum Vincentium Dertusanum V. I. D. Canonicum et Priorem Ecclesiæ Tarraconensis, ac sumptum ex Breviariis antiquis dictæ Ecclesiæ.*

*Historia de Tortosa per Franciscum Martorel et de Luna. Libro 2. cap. 12*

## IN I. VESPERIS.

*Ant. 1.* Virgo MARIA pietissima pro nobis deprecare Christum Dominum. *Psalmi de Officio purce Brev. Romani.*

2. Dominus Presbyterum habitare fecit ejus in domo lætantem inter  
sanctorum agmina angelorum.

3. Stantes erant pedes Presbyteri in Ecclesiâ tuâ Domine.

4. Presbyter abiecio mundo desiderium suum et mentem ad cælestia  
vertit.

5. Dominum non fecit taliter omni nationi, ut urbi et populo Dertusensi,  
illuc magna! pandens.

*Capitulum.* Ab initio. et *Hymnus.* Ave maris stella. *ut in eod. offic. parvo.*

ŷ. Beatum ne dicent omnes generationes.

n. Quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen ejus.

*Ad Magnif. ant.* Grahas ingentes agunt, sanctissima Virgo, Dertusani  
tibi. Pignus amoris adest.

## Oratio.

Deus qui Ecclesiam Dertusensem beatissimæ Virginis MARIE visitatione  
et Cingulo decorasti: ejus nobis intercessionem concede, ut Cingulo fidei  
et puritatis acincti a cunctis peccatorum nexibus eruamur. Per Dom.

## IN MATUTINIS.

*Invitatorium.* Christum Dominum MARIE Virginis Filium, Venite  
adoremus.

*Psal.* Venite. *Hymn.* Quem terra, pontus.

## IN I. NOCT.

*Ant. 1.* Memor es urbis Dertusæ et visitas eam, pietissima Virgo MARIA:  
à Domino honore et gloriâ coronata.

2. Dei mater immaculata solatium præstat servus.

3. Domini est Dertusa, quam ipse juxta Iberum flumen Hispania fundavit:  
et in ejus et MARIE Virginis obsequium præparavit.

ŷ. Diffusa est. n. Propterea.

## LECTIO 1.

Cum homines clausis foribus paradisi ob protoplasti reatum à cæli essen  
arce depulsi, ruent et cuncti ad ima dari in manibus inimici, foretque  
decretum Dei Filium incarnari, quo salus generi præstaretur humano; ut  
quod decreverat adimpleret, MARIAM Virginem Deus indulgentissimus  
elegit. Respexit enim Dominus merita et sanctitudinem ejus, cui nec ulla  
mulierum valuit, nec poterit comparari. Summè tamen humilitatem ejus  
conspexit: et ideò assecuta est altissimam dignitatem: esse enim meruit Mater  
Dei, et sic à Domino exaltari.

n. MARIE Virginis merita et sanctitudinem Dominus conspexit. *Psal.*  
Quæ esse meruit Mater Dei. ŷ. Summè tamen humilitatem ejus respexit.  
n. Quæ.

## LECTIO 2.

Hanc igitur Dei dignissimam Genitricem, Reginam cæli, plenam gratiâ  
(quia cælestis) exultantes laudare et venerari, grataque præstare illi obsequia  
dignum est. Hæc autem agunt Dertusenses his intenti. Propterea à Domino  
ipsâ mediâ urbi, et populo Dertusensi immensa præstari beneficia, et  
mira fieri clarum est: ex quibus pauca disseremus.

ŷ. Exultent omnes qui MARIE Virginis obsequiis sunt intenti. n. Cui  
nec ulla mulierum valuit, nec poterit comparari. ŷ. Hæc enim nobis genuit  
Salvatorem. n. Cui nec.